¶ De ſancto Paulo apoſtolo. Sermo

S Ol in aſpectu annuncians in exitu vas admirabile opus excelſi. Ecc. xliij. q; de beato Paulo cātat eccleſia. O glorioſum lumen omniū eccleſiaꝝ ſole ſplēdidius. ⁊ chriſtus de ipſo dicit Vas electionis eſt mihi iſte vt por. nomē meū co. gē. ⁊ fi. iſrl. ideo v̄bum illud in quo fit mentio de ſole ⁊ vaſe. Cōgrue de ſancto paulo exponit̄. Et cōmendatur hic ſanctus Paulus a quatuor. Primo a vite eminentia ibi cū dicit̄ ſol. Scd̄o a doctrine ſufficientia cū dicit̄ in aſpectu ānuncians. Jlle ſufficienter docet qui in aſpectu ānunciat qui hoc qđ voce p̄dicat exēplo oſtendit. Tercio ꝯmendat̄ a paſſioniſ meritorie ſuſtinētia cū dicit̄ Jn exitu vas admirabile. Quarto a glorie excellētia ibi opus excelſi. ¶ Nō ꝙ in ſole inueniunt̄ q̄tuor. ſ. Situs ſublimitas. motus velocitas. Splēdoris luminoſitas. caloris cauſalitas. ꝓpter hec q̄tuor beatus paulus ꝯparat̄ ſoli. p̄mo q; habuit vite ſublimitatē ſancte viuendo. Scd̄o q; habuit motus velocitatē. multas terras ꝓ ſalute animaꝝ trāſcurrendo. Tercio q; ſplēdorē habuit lumē doctrine alijs infundendo. Quarto q; habuit calorē in caritate dei ⁊ ꝓximi feruendo. ¶ P̄mo ꝯparatur ſoli q; vite habuit ſublimitatem ſancte viuendo. Ecc. 26. Sicut ſol oriens mundo in altiſſimiſ dei ſic mulieris bone ſpēs in ornamentū domus ſue. Cōgrua comparatio mulier bona ⁊ pulcra ornat domū ſic ⁊ beatus Paulus ꝑ ꝯuerſationis ſanctitatē tanq; ſol ornauit domū eccleſie ſiue mundum. Sol nāq; materialis in altis fulgēs ornat terrā. ſic beatus paulus ꝑ ſublimitatē ꝯuerſationis ornauit eccleſiā. ſicut eni; ſol quādo eſt in alio emiſperio terra noſtre habitationis obſcuratur. ⁊ quādo ad noſtrū emiſperiū reuertit̄ terra illuſtrat̄ ⁊ ornat̄. ſic reuera qn̄ beatus paulus fuit in emiſperio iudaice infidelitatis eccleſia multas ꝑſecutōes ab eo ſuſtinuit. qn̄ v̄o declinauit ad nr̄; emiſperiū ⁊ fidē recepit. ecc̄ ꝑ ipm̄ mltiplicit̄ ē illuſtrata. audi q̄d de ipſo cū adhuc eēt infidelis legit̄ Act. ix. Saulus adhuc ſpirans minaꝝ ⁊ ce. in diſci. dn̄i abi. ad p̄ncipem ſa. pe. ab. e. epl̄as in damaſcū ad ſyna. vt ſi q̊s hui⁹mōi vie viros inue. vinc. ꝑdu. in ihrl̄; Nō q̄; grauit̄ ipugnauit eccl̄m nō ſolū minas ſ; eē morte diſcipul̄ xp̄i iferre conabat̄. nō vocat⁹ ad p̄ncipē ſacerdotū acceſſit nō iuſſus vltro ſe ad ꝑſequendū xp̄ianos igeſſit. nō ſolū viros ſ; etl. mu

ſieres ꝑſecutus fuit. Iſtud ip̄e poſt ꝯuerſionem ſuã conqueritur ⁊
defleт dicens. Gal. i. Audiſtis enĩ ꝯuerſationẽ meã aliq̃n in iudai-
ſmo q̃niam ſup̄ modũ ꝑſequebar eccleſiã dei ⁊ impugnabã illã.
Ecce quales perſecutiones ſuſtinuit eccleſia ab eo cum eſſet infi-
delis. poſtq̃ȝ autem fidem recepit per conuerſationis ſanctitatem
⁊ ſublimem dei graciam eſt eccleſia per eum multipliciter conſola
ta vnde legitur Actuũ ix. q̄ ſtatim poſtquã baptizatus fuit mãſit
cum diſcipulis qui habitabant damaſci per dies aliquot. ⁊ conti
nuo ingreſſus in ſynagogas predicabat dominũ iheſuȝ affirmãs
quoniã hic eſt filius dei. Certe tunc ſol oriebatur in altiſſimis. tũc
illuſtrauit eccleſiam quã prius impugnauerat. tũc confundebat
iudeos quos prius ꝓpugnauerat. tunc deteſtabatur ſtatũ in quo
prius fuerat. tunc ad voluntatem dei implendam ſe preparabat.
ꝓpter qd̄ ip̄e dicit Gal. p̄mo cap̄lo. Cum placuit ei qui me ſegre-
gauit ex vtero matris mee ⁊ vocauit per graciã ſuaȝ vt reuelaret
filium ſuũ in me vt euangeliſarem illum in gentibus. continuo nõ
adquieui carni ⁊ ſanguini. O peccator accipe validum exempluȝ
conuerſionis a ſãcto paulo ⁊ noli deſperare age penitentiã ⁊ inue
nies graciam ſicut beatus paulus poſt conuerſionẽ inuenit graȝ
⁊ poſtq̃ȝ veniſti ad ſtatũ penitentie noli carni ⁊ ſanguini adquieſ-
cere vt deſideria carnis perficias. ſ; caſtiga corpus tuũ ⁊ coge ſer
uire ſpiritui ne vlterius te ad peccatũ pertrahat. ¶ Scd̄o cõpara-
tur ſoli quia habuit motus velocitatem multas terras pro ſalute
animaꝝ diſcurrendo. Sol nanq̃ȝ velociter mouetur ab oriente in
occidẽtẽ. ij. Eſd. iiij. Velox eſt curſus ſolis cõuertitur in giro celi
⁊ iterũ recurrit in eundẽ locũ vno die. Certe velocitas ſolis mater-
alis valet ad ſalutẽ corporꝫ. ſ; velocitas hui⁹ ſolis ſpiritualis. ſcili
cet ſancti pauli valuit ad ſalutẽ animaꝝ. p̄ hoc enĩ q̄ multas t̄ras
circuiuit m̄ltos ad fidẽ ꝯuertit. ip̄e enĩ dicit Ro. xv. Ab ihrl̄m per
circuitũ vſq̃ȝ illiricũ repleui euangeliũ xp̄i adeo velocit̄ mouebat̄
ꝓ ſalute aiaꝝ q̄ nũc in iudea. nũc in grecia. nũc in Roma p̄dica-
uit euãgeliũ xp̄i ⁊ nõ ſolũ in vita ſ; et̄ in morte excitauit hoies ad
fidẽ. vñ p̄t exponi de eo qd̄ dr̄ Ecc. i. Orit̄ ſol ⁊ occidit. ⁊ ad locuȝ
ſuũ reuertit̄. ibiq̃ȝ renaſcẽs regirat. ⁊c̄. Certe ſol iſte. ſ. ſcũs paul⁹
oriebat̄ in ſui ꝯuerſiõe. tũc enĩ p̄ graȝ incepit lucẽ. Occidit i paſſi
one. q̃ȝ tn̄ ab aſpectibus hoim ſb̄tract⁹ fuit ad locũ ſuũ reuertebat̄

in euolatione. qꝛ tūc aīa eius ad locū in celo ſibi paratū peruenit
ibiqꝫ mundo renaſcens ꝑ miracula girabat per meridiē qñ ꝑ mi/
racula bonos ad caritatē inflāmauit. ⁊ flectebat̃ ad aquilonē qñ
malos in malicia frigeſcentes ꝑ miracula circuiuit. ⁊ qꝛ beatus
paulus velociter ⁊ multipliciter ꝓ ſalute animaꝝ mouebat̃ ideo
modo in celis quieſcit ⁊ letat̃ Puer. xxij. Vidiſti virū velocem in
opere ſuo coꝛam regibus ſtabit nec erit ante ignobiles. Velox fu
it beatus paulus in oꝑe. ⁊ velociter vocatus a deo. ↄuerſus fuit
velociter. poſt cōuerſionē chꝛiſtū publice p̄dicauit velociter ad gē
tes cōuertendas ſe trāſtulit. velociter poſt moꝛtē ad celuꝫ migra
uit. ideo modo ſtat coꝛā regibus. i. angelicis ſpiritibus cū quibuſ
eternaliter regnat nec erit ante ignobiles id ē demoneſ. qꝛ nihil cū
eis habꝫ cōe. Ve tibi o peccatoꝛ qui es piger in oꝑe tuo piger es
ad cōfitendū ⁊ ſi confeſſionē facis piger es ad ſatiſfaciendū. Au/
di quid ↄtra te clamat ſapiēs Puer. vi. Vſqꝫ q̄ piger doꝛmis ſ. p.
in peccatis ⁊ qñ cōſurges de ſomno tuo paululū doꝛmis. paulu/
lum doꝛmitabis. paululū conſeres manus tuas vt doꝛmias ⁊ ve
niet tibi vt viatoꝛ. i. celeriter egeſtas. ⁊ pauperies quaſi vir arma
tus. i. adeo valida ꝙ nunqꝫ in eternum euadere poteris. Ille doꝛ
mit qui peccatū cōmittit. ille doꝛmitat qui frequēter peccat. Ille
cōſerit manus vt doꝛmiat. qui manus ad bona oꝑa non extendit
⁊ de peccatis ſatiſfacere negligit. iſti veniet egeſtas infernalis mi
ſeri e. velociter. i. p̄uſqꝫ videre poſſit ⁊ adeo foꝛtiter ꝙ nūqꝫ euadē
poteſt. Vis ſcire q̄ꝫ velociter. qñ peccatoꝛ moꝛit̃ aīma eius citius
ad infernū ducit̃ q̄ꝫ coꝛp⁹ infrigidet̃ p̄us aīa ſepelit̃ in inferno q̄ꝫ
coꝛpus ſepeliri pōt in ſepulchꝛo vñ de peccatoꝛib⁹ dicit̃ Iob. xi.
Ducūt in bonis dies ſuos. ⁊ in pūcto ad infernum deſcendūt ⁊
de omnibus bonis ſuis tm̄ habere nō poterunt ꝙ valeant emere
vnā guttā aque vnd̄ legit̃ Lu. xvi. De diuite epulone ꝙ rogabat
Abꝛaham ꝓ vna gutta aque ⁊ nō poterat impetrare. ideo roga/
uit qꝛ cū q̄ emeret nō habuit. Heu q̄ꝫta erit ibi penuria nūqꝫ pau
per aliquis in hoc mundo tantam penuriā ſuſtinuit q̄ꝫtam dāna/
ti in inferno ſuſtinebunt. Tanta penuria erit ibi ꝙ non poterunt
habere vnam guttam aque ideo cruciabuntur ſiti. non poterunt
habere micam panis. ideo cruciabuntur fame. Nō habebunt ve/
ſtimentuꝫ iō cruciabunt̃ frigoꝛe. Non habebunt aliquod refrige

riũ ideo cruciabunt ignis ardore. Uis euadere hui⁹ penuriã age
velociter penitentiã ⁊ eſto velox ad bona opera. puerbio.vi. Si
impiger fueris veniet tibi quaſi fons.i.refrigeriũ meſſis tua.i. ce-
leſtis fruct⁹ abundantia ⁊ egeſtas longe fugiet a te. ideo beatus
paulus velox fuit in opere ſuo ⁊ ideo ad celeſtẽ meſſem colligendã
puenit. ¶ Tercio cõparatur ſoli qz ſplendorem habuit lumen do
ctrine alijs infundẽdo vñ de ipõ canit eccl'ia O vere apoſtolicum
ſidus al.ſancte paule qui eter.ſolis ſplendorẽ tene. gẽ. infudiſti ⁊
ideo poteſt de ipõ exponi qđ dicit Ecc.xlij. Sol illuminãs p om
nia reſpexit.⁊ gloria domini plenum eſt opus eius. Uere ſol ille
ſcilicet ſanctus Paulus illuminans per omnia reſpexit.quãdo
ſine perſonarum acceptione pauperibus ⁊ diuitibus.ſapientibus
⁊ inſipiẽtibus euangelium p̃dicauit. ipſe enim dicit Roma.pmo.
Grecis ac barbaris ſapiẽtib⁹ ⁊ inſipientib⁹ debitor ſcs ſũ.multos
illumiauit per doctrinã que de ore eius pceſſit ⁊ hoc fecit p gra
ciam dei.ideo dicit Gloria domini plena eſt opus eius. Conſide-
ra qz multos illuminauit per doctrinã que ex ore ei⁹ pceſſit ⁊ per
doctrinã quã bonis ſcriptis reliquit. Quid eniz ſunt peccores niſi
tenebre ⁊ quid doctrina eius niſi lux mẽtes illuminãs ⁊ tenebras
peccatorꝝ fugans.vnde ipſe peccatorib⁹ cõuerſis dic Eph.v. Era-
tis aliqñ tẽbre. Audi o pccor qz diu es in pccis in tẽbris manes ⁊
iõ de facili erras ⁊ declinas de via celeſtis patrie.de facili cadẽ po
tes in foueam damnationis perpetue. Si non vis damnari ſi non
vis errare reſpice ſplendorẽ hui⁹ ſolis.i.doctrinã ſancti Pauli et
age penitentiã vt inuenias viã que ducit ad patriã. Audi ipm di-
centẽ Rõ.xiij. Abijciam⁹ opa tenebrarꝝ ⁊c. Opa tenebrarꝝ ſũt pec
cata quibus anima excecatur ne deum ſuũ agnoſcat.ne viam que
ducit ad vitam inueniat vt per deuia que ducunt ad mortem in-
cedat.hec opera per dei graciam debes abijcere veram penitenti-
am agẽdo ⁊ induere arma lucis.i.v̀tutibus te armare bonis ope
ribus inſiſtendo vt poſſis in die iudicij honeſte ambulare eternã
mercedẽ recipiendo. Ue illis qui lumen huius doctrine contem-
nunt ⁊ tenebras viciorum abijcere nolunt tales ad eternas tene-
bras deducti vlulabunt ⁊ clamabũt dicẽtes Ue ve ve nobis miſe
ris qz peccauimus.quia deũ offendimus.qz ſalutarẽ doctrinã cõ-
tẽpſim⁹ Sap.v.dr in pſona illorꝝ q ſũt in inferno. Errauim⁹ a via

veritatis ⁊ lumē iuſticie nō luxit nobis. ⁊ ſol intelligētie nō ē ortꝰ
nobis. laſſati ſumus in via iniquitatis ⁊ perditionis ⁊ ambula-
uimus vias difficiles viam domini ignorauimꝰ. quicūqꝫ hunc la
mētabilem clamorem inferni vult vitare debet ſplendorem huius
ſolis. i. doctrinam ſancti Pauli reſpicere qui nō ſolum verbis ſed
etiam exemplis docet vt penitentiam agamus ⁊ voluntatē dei fa
ciamus. Cum enim a domino vocaretur ad penitentiā ſtatim ex-
hibuit ſe ad obediendum dicenſ. Domine quid me vis facere q. d
Hactenus feci ſm meam voluntatē. de cetero faciam tuā volunta-
tem quicquid preceperis hoc faciā. Heu pauci hodie tales inueni
untur qui ſe totaliter offerant ad dei voluntatē faciendam. Multi
veniunt ad confeſſionē ⁊ quādo ſacerdos imponit eis penitentiā
ſm dei voluntatē nolunt eam acceptare. Sed oportꝫ ꝙ ſacerdoſ
imponat eis penitentiam ſm ꝓpriā voluntatē. iſti etiā dicunt cū
beato Paulo. Dn̄e quid me vis facere. ſꝫ dicunt iſtud ⁊ nō aliud
volo facere. ſꝫ certe ꝙ nolunt emendare in mūdo illud luent i pur
gatorio. ¶ Quarto ꝯparatur ſoli q̄a habuit calorem in caritate
dei et ꝓximi feruendo. Quis poteſt exprimere caritatem quā ha-
buit beatus Paulus qui non ſolum in ſe caritatem habuit ſꝫ etiā
alios ad caritatem inflāmauit vnde de ipſo exponitur qđ dicitur
Eccle. xliij. Tripliciter ſol exurens montes ⁊ radios igneos exſuff
flans ⁊ refulgens radiis ſuis obcecat oculos. Certe beatus pau-
lus tripliciter exuſſit montes q̄n ꝑlatos verbis exemplis ſcriptꝭ ad
caritatem hortabatur. radios igneos exufflauit quando ad cari
tatem inferiores inuitauit ⁊ per huiuſmodi radios oculos exce-
cauit quando oculos carnalium hominū per doctrinam carita-
tis clauſit ne vana viderent ne concupiſcibilia mundi amarent.
ne tranſitoriis inhererent bonum eſt talibus oculis carere. Math
xviij. Si oculus tuus ſcanda. te. i. ad peccatū pertrahat. erue eū
⁊ proiice abs te. Ille oculos ſpūalit̄ eruit q̄ eos cuſtodit ne aliq̄d
quod contra ſalutem anime poſſit eſſe videāt. Vis o homo illu-
minari interius fac ſm conſilium Pauli qui dicit Eph. v. Surge
qui dormis ſupple in peccatis ⁊ ex. a mor. per veram contritionē
⁊ illuminabit tibi chriſtus per gracie et caritatis infuſionem. cer
te beatus paulus a peccatis ſurrexit ⁊ ideo a chriſto per caritatē
⁊ graciam inflāmatus fuit. Audi quātum feruorē caritatis ha-

buit. ipſe nanqꝫ dicit Ro. viij. Certus ſum ꝙ neqꝫ mors. neqꝫ vita. neqꝫ angeli. neqꝫ archangeli. neqꝫ principatus. neqꝫ poteſtates. neqꝫ inſtantia. neqꝫ futura. neqꝫ aliqua creatura nos ſeparare pōt a caritate dei que ē in chriſto iheſu. Tantā eni caritatem habuit ad deū ꝙ mortē ꝓ eo ſuſtineret toto corde ꝯcupiuit ⁊ tandē ſuſtinuit. Legit ſiquidē Actu. xxj. Cū paulus vellet ire iheroſolimā quidam ꝓpheta nomine Agabus tulit zonā pauli ⁊ prophetauit dicens. Viꝝ iſtū cū zona alligabūt in iheruſalē ⁊ tradēt in manus gentium ⁊ cū rogaret a fidelibus vt nō iret in iheruſalem rndit. Quid facitis flentes ⁊ affligētes animā meā. ego nō ſolū alligari ſꝫ etiā mori in iheruſalē paratus ſum. propter nomē dñi iheſu debitam vicem reddit chriſto qui ꝓ eo ligatꝰ ⁊ occiſus fuit. ideoqꝫ vt beatus Paulus xp̄o vicē poſſibilitatis ſue repēderet. in ihrlm ligatus eſt. in Roma decollatus fuit ꝓ nomine domini ihū xp̄i qui cū patre ⁊ ſancto ſpū viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

In diuiſione Apoſtolorum. Sermo

Confringite vitulos ⁊ ſtatuas cōminuite atqꝫ oīa excelſa vaſtate mūdātes terrā ⁊ omnes habitātes in ea. Ego eī dedi vobis illam in poſſeſſionē quā diuidetis vobis ſorte Num. xxxiij. Hodie in eccleſia agit diuiſio apoſtoloruꝫ ⁊ q2 apoſtoli ſorte diuiſerūt ſibi terras in quibꝰ p̄dicauerūt ſcd̄m ꝙ in legēdis aliq̄ꝝ apoſtoloꝝ legit ꝙ talis aplus talē terram accepit in ſortē p̄dicationis. ideo ꝟbum propoſitum exponi pōt de diuiſione apoſtoloꝝ ⁊ tangunt tria in ꝟbis p̄miſſis. p̄mo tangit diuiſionis aploꝝ vtilitas cū dicit cōfringite vitulos ⁊c̄. Ad h̄ eni diuiſi fuerūt vt gētes ab idolatria ad cultū dei reuocarēt. Scd̄o tāgit apoſtoloꝝ ꝑ terras diuiſoꝝ auctas. cum addit ego eni dedi vobis in poſ. il. ſ. vt illi nō corꝑalit̄ ſꝫ ſpūalit̄ dominemini. Tercio tāgit q̄litas diuiſionis. ibi quā diuidetis vobis ſorte. ¶ Nō ꝙ diuiſi ſunt apli ꝑ mundū ad predicandū ꝟbum dei propt̄ quatuor. p̄mo vt credituros ab incredulis diuidendos eē demōſtrarent. Scd̄o vt aīas ꝑ pcc̄m a deo diuiſas deo recōciliarēt. 3º vt gētibꝰ ꝑ mūdum diuiſis meliꝰ fidē p̄dicarēt. q̄rto vt hoīes ꝑ diſcordiā ab inuicē diuiſos pacificarēt. p̄mo diuiſi ſūt vt credituros ab incredul̄ diuidēdos eē demōſtrarēt. ad h̄ eī veīt xp̄s i mundū vt hoīes i malo ꝯfederatos ab īuicē diuidēt vñ dr̄ de eo Oſee. ix. ipſe int̄ frēſ diuidꝫ. vē